Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut conuertat & redeat & penitentiam. Nouum enim hoc bonitatis eius est. Zelus uero alia post adulterium reuertentem tam & ex corde paenitentem anima suscipiat. sicut & ipse per prophetam dicit; Numquid mulier si exierit a uiro suo & dormierit cum alio uiro. reuertens reuertatur ad uirum suum. Nonne contaminatione contaminabitur. Tu autem fornicatus es in pastoribus multis & reuertebaris ad me. Item & alibi dicit; & postea quam fornicatus es In his omnibus dixi. reuertere ad me. & nec sic reuersa est dicit dnus. Hic ergo dr zelans. si requirit & desiderat animam tuam adherere sibi. sive seru ut a peccato si corripit. si castigat. si indignatur. si irascitur. & uelut zelotypia quaedam ergata utitur. spem tibi ee. salutis agnoscere. Si uero castigatus non resipiscis. correptus non emendaris. uerberatus contemnis. scito quod sic usque peccando proficeris. discedit ate zelus eius. & dicitur tibi illud quod per ezechielem prophetam ad hierusalem dicitur; propterea discedit zelus meus ate. & non irascor supterultra. Uide misericordia & pietate boni di; quando uult misereri. indignari se dicit & irasci. sicut per hieremiam dicit; dolore & flagello castigaberis hierusalem. utine abscedat anima mea a te; Haec si intellegimus. misereantur di